

Oratio funebris habita Veronæ per

R. PATREM FRANCISCVM  
S A L A Z A R

Episcopum Salamineñ. Ordinis minorum  
in exequiis illustris. & Reuer.

C A R D I N A L I S

C R E S C E N T I I ,  
Legati


S . D . N . I V L I I I . P O N T . M A X .

X X . V I I I . M A I I .

M . D . L I I .



R O M A E A P V D A N T O N I V M  
B L A D V M, I M P R E S S O R E M  
C A M E R A L E M.



ORATIO FVNEBRIS  
HABITA VERONAE  
PER R. P. FRANCISCVM  
S ALAZAR.

Episcopum Salaminen. Ordinis minorum in exequijs illustriss. & Reue.

CARDINALIS CRESCENTII,

LEGATI S.D.N. IVLII

III. PONT. MAX.

XXVIII. Maij.



ECVM Ipse & si animo confernatus revoluens,  
quonam declamandi genere , verba facturus , in as-  
cerbo inauspicatoq; istius Reuerendiss . funere uti  
possem , illud euestigio meis sese obiecit obtutibus ,  
quod Secundus ille philosophus , à quodam iuene ,  
quidnam esset homo ; percontatus , respondit , Ho-  
mo , inquit , est mortis mancipium , vnius loci hospes ,  
viator oxyssime transiens . Hanc mortis seruitutem ,  
uiri grauissimi , ceu moriendi necessitatem nullus ut  
quam mortalium subterfugere potis fuit , ut per toā  
tam Peripateticorum frequentiam acclamatur , omne ex contrarijs compositum tandem  
corrumpi atq; dissolui est necesse . Verū quod homo sit mortis mancipium , hoc ex com-  
missae culpæ dedecore habetur , dicente Paulo , per unum hominem peccatum intravit ,  
per peccatum mors , quod ex diuina & quidem inflexibili emanauit iustitia . Sicut  
enim multi vetustissimi Legum latores , ceu Moses , qui hebreis , vt Lycurgus qui Lacæde-  
monijs , vt Pompilius Num. qui Romanis post Romulum , honestissimas promulgarunt  
leges , quarum severissima animaduersione perterriti , scirij , consipicatores , ceteriq;  
perditissimi homines , à suis coercentur flagitijs , ita Deus noster nobis sanciuit leges  
quæ suæ iustitiae severitatem , ubiq; locorum preſeferrent . Sed unam de morte &  
quidem irrevocabilem omnibus sanxit , statum , inquit Paulus , est hominibus semel  
mori , cui sententia divino afflatus numine , adstupilatur David ita accinens . Quis

est homo qui uiuit , & non uidebit mortem ? ac si aperta dicat . Ad hanc usq; horam , qui diuinam de perferenda morte , euaserit legem uidi neminem . Si ab hoc mortis decreto , sapientia eximere posset aliquem , certe Solomon hic esset , qui omnes mundi homines , ingenio , rerum peritia , sapientiaq; longe anteuiuit , & tamen suum obiit diem . Si corporis fortitudo indelebile mortis chyrographum delere posset , proculdubio Sanson . Achilles , Hector , Hercules , cæteriq; fortissimi homines nunc essent super . Si orna menta , lauti preciosiq; ciborum apparatus , ab hac mortis lege feuocarent , nimurum Euangelicus ille ganeo , suarum dulcedine epularum , impræsentia frueretur , qui tam en ( ut Euangelica patefecit història ) uita excidens in inferno meritas luit pœnas . Deniq; si species , aut uultus elegantia , hoc sibi asciscere posset , vt taceamus de Sarra , de Hester , cæterisq; hebreis mulieribus , quas , ut diuina attestantur exemplaria , pulcherrimas fuisse legimus . De immaculata Virgine M A R I A quid astruimus ? qua præstantiore uenustiorem nec nostra , neq; aurea secula spectarunt unquam , quæ tamen mortua , in æternas perpetuitates uictura , ad cœlos ascendit . Rectè ergo , homo mortis mancipium dicitur , si quidem omnibus malis effera succedit mors , hinc omnia mutabilitati subiacent , ut nihil vna hora eodem in statu permaneat , consistat , perseveret . hunc torrida febre mors rapit , hunc multiugis opprimit doloribus , hunc inedia absunit , illum siti extinguit , hunc suffocat aquis , illum intercipit laqueo , hunc flamarum incendio consumit , illum bestiarum dentibus premit , lacerat , obterit , hunc gladio eneruat , illum ueneno inficit .

Taceo algorem , æstum , fulmina , caumata , terremotus , innundationes , iniurias indigne acceptas , expoliationes , direptiones , contumelias , vexationes , derisus , ignomini as , molestias , morbos , curas ægritudines , libidines , amores , odia , inimicitias , for midines , spem , timorem , & ea quæ cotidie experimur . In foro quidem litigia & molesta negocia , in domibus curas , in agris uero multum laboris , in mari timorem , in externa patria si quid possides angustiam , si autem eges , molestiam , coniugatus es non absq; molestia eris , non coniugatus , uiues solitariè , si habes pulchram , habes commu nem , si deformem pœnam , liberos babes , & metum , & cætera innumeræ quæ animum ipsum per omnem uitam impugnant . O' caducam fragilémq; naturam nostram . O' flu xam imbecillemq; conditionem humanam , tot incommodis obnoxiam . Ponamus ante oculos , omnes dies uitæ nostræ , paucos profecto ex omnibus reperiemus , in quibus nihil nobis , uel nostris , acciderit , quod non moleste tulerimus , quod non inuiti audiuierimus , uel uiderimus . Quogobrem ille Rex potentissimus nomine Xerxes , qui montes superauit , qui tot præclara facinora benè egregieq; gessit , cum de sublimi quodam clivo , magna hominum coronam , copiosumq; conspicatus fuisse exercitum , flesse perhibetur , quod nullus eorum quos ea tempestate prospiciebat , centū post annos superuicturus foret . O' uiri dignissimi , si possemus in tales concidere speluncam , in qua uniuersam terram nostris sub pedibus cerneremus , iam vobis totius orbis ruinas , incomoda , homi neq; esse mortis mancipium pateceré . ea quæ sunt nata deinde mori uideremus . plâta sub

seriti, quæ nunc curabilia deinde letalia, construi ædes, paulo post solo æquari, nūc luctum, deinde tripudium, nunc illum terrena congregare, deinde abiçere, hunc insano amore in mulierem exardescere, eandem capitali odio insectari, nunc dedita opera aliquid quales eunq; sit querere. illud ipsum rursum disperdere. nunc anxia seruare custodia, quod deinde fastidiens sponte profert. nūc quis occidit, deinde occiditur. humanas res bellorū motibus nūc turbari, deinde uacare, alios deniq; torqueri, alios necari, alios diuitijs affluere, alios lōga paupertatis miseria cōtabescere. Et nō Xerxis modo exercitū, sed totius mūdi homines, qui nūc superunt, breui de futuros, regni magnitudo nostrā extenuat orationē. Misnus est omne, quod dicimus, nemo tamen temporis breuitatem, nemo naturæ conditio nem aspicit, obseruat, animaduertit, breuia caducaq; esse omnia, quæ aliquo interclusuntur fine.

Est insuper homo, ut commemoratus aiebat Philosophus, vnius loci hospes, uiator occissime transiens, quia maturæ hoc e mundo uelimus nolimus discedimus, non habemus, inquit Paulus, hic ciuitatem permanentem, sed futuram disquirimus. Hac uel maxima me de causa patres illi, qui tantopere, cùm moribus, cùm fide Deo placuerunt, sine editiorum delectu, in casulis, in tugurijs, pauperrime uictitabant. Vnde sapientissimus ille eato, tale nescio quod breue, sed mirandum, tale inquam adagium dicere assueverat, homo bulla. Sicut enim bulla in aqua citysus euanevit, sic miser homo ex hac flua calamitosaq; uita, citissime tollitur, rapitur. Quod quidem si paulò altius recognoscerimus, exilium nostrum, ergastulum nostrum. Ilias, ut aiunt, malorum, & infinita periculorum seges nobis occurret, ac tantum miseriarum esse in hac uita, ut mors infelicitatis terminus, non modo non fugienda sed optanda sit. Tanta est, ò uiri insignes, molestiarum congeries, ac tantus laborum aceruu., ut nisi Deus mortem tantis ualasset doloribus, omnes calamitatum vite pertæsi, præcipites in mortem iremus. Sic Themistocles, mortem suauorem ratus est esse quā exiliū. Cleantes, Chrysipus, Zenon, Empedocles, Catulus, & alij quamplures, partim vitæ tedio, partim spe melioris vitæ, mortem sibi consciuerunt. Sic Ambrociota ille Cleombrotus, cuius Augustinus meminit, lecto Platonis de immortalitate animæ libro, ex arce se precipitem deedit. Cato Uticensis maluit mortem parti, quā Iulij Cæsaris Imperium; sic enim alij est uita, inquit Cicero, ut causam moriendi se natum esse gauderet, Thraces, Asiaticæq; gentes & ditos in lucem pueros, & tantis expositos periculis deplorant, funera vero gaudys prosequuntur. Vnde Thirtamus, Theophrastus ab Aristotle appellatus, non recte naturam moriens accusauit, quod ceruis & cornicibus uitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuerat, tam exiguum uitam dedisset, cùm breuitate uitæ, nihil melius natura hominibus præstatum sit, quæ quidem vita momentum est à quo pendet eternum, & ut Martialis cecinīt.

Inter naturæ si poras munera mortem.

Te de morte metus sollicitare nequit.

Quid enim proderit longam optare uitam & durabilem, cùm corpora, quò magis vi

uant , fiant imbecilliora ? Hebesunt sensus , membra torquentur , dentes cadunt , fundescunt aures , tremunt membra , nares stillant , uox fugit , deniq; omnia hæc omnibus grauem ac molestum faciunt , tanta morborum congeries senem obruit , ut sibi ipsi in tolerabilis esse incipiat . Quare erumnosæ vitæ , vi optatissimum perfugium , mors hominibus constituta est . Sic Scytae , qui ad montes Cæpios habitant , cum in senium uenient , impotentiores facti , cervices fertis cingunt , & sic lœti & coronati , in Hyrcanum mare vitæ tedio se præcipitant . Quāuis nullus mortem sibi cōsciscere debeat , tamen uerè sapiens dicit , melior est mors , quam vita amara , & requies æterna , quam lanuor perseverans . Innumera possem humanæ uitæ adferre incommoda , nisi tempus ad istud lugubre funus orationem conuerteret .

Et hic , iure mihi optarim : Solonis institutum seruare : qui insignium virorum laudes : in funere prædicandas censuit . Sic Publius Valerius publicola : Lucium Brutum primum consulem : Collegam defunctum . Fabius , filium . Marcellus , Marcellum patrem consulem . Tiberius , patrem , in choro laudarunt . Pientissimus Iacob : lugubre carmen . Rachelis Sepulchro inscripsit . Hieremias nimia pietate , Regis losie astrictus ; Eligiacos lamentabilesq; uersus illi cecinit , Hieronimus ; Nepotianum & Fabriolam . Ambrosius Theodosium ; Post mortem : multis Maximiq; laudibus extulerunt . Sed cum in latissimo campo nostri ampliss . Cardinalis laudum suarum : Meum obserret deperdas turq; ingenium : ipsum laudibus omnibus efferre uix possumus . quare neq; uolumus nihil dicere : neq; equidem omnia colligere . nihil autem de Nobiliss . & antiqua Crescen tiorum Romana familia ( unde sibi origo fuit ) in præsentia distlurus sum : non quod illa , laudem mereatur nullam : cum strenui : & maximi in ea claruerint uiri ; sed quod nihil in eo laudandum suscepimus : nisi quod ei fuit sua uirtute : & animi magnitudine natum & adquisitum , & nec id qd' omne , sed & iuuentutem eius ac iuuentutem prætrimus : in quibus modestissime in bonarum artium studijs : animum diligentissime excoluit : & utriq; iuri operam nauans , haud sine gloria : in signia doctoreæ adceptus est . Neq; uero ad unguem narrabimus , quanto in honore habitus fuerit nedum à felicis Recordationis Paulo Papa Tertio : Pont . Max . acerrimi iuditij uiro : qui eum ad fastigium Cardinalatus asciuit , uerumeriam à . S. D. Nostro IV LIO. III. qui cū expol ratum haberet nostri Cardinalis , laborem in negotijs fortitudinem in periculis . in agendo industria : in confiiendo celeritatem ; consilium in prouidendo : ad omnia grauia negocia subeunda . & natura & uirtute sua . idoneum eſe iudicauit . ac Sacri Concilij Legatum elegit . quantum uero ingenij acumine ; quantia patientia ; tam in publicis quam in priuatis congregationibus ; in quibus semper interfuit : quanta animi magnanimitate : quanta ue dicendi acrimonia . Concilij sacri negotia tractauerit ; norunt omnes qui Sacro Concilio interfuerunt . mirabantur Reuerendissimi Præsidentes . Ampliss . ille simul atq; Illustriſ . Cardinalis ac princeps Tridentinus : ( qui summo amore nostrum Cardinalem prosequebatur ) sepius non humanum ; sed potius diuinum habuisse ingenium pre dicabat , admirabantur deniq; & Sacri Imperij Principes electores Reuerendiss . Relis

quiq; diuersarum nationum pastores Vigilantissimi . nostri Cardinalis ; ingenij felicitatem & ubertatem . eloquentiam eximiam , copiam admirabilem , eruditionem uariam . Studium indefesum , doctrinam multigenam . Mira Res dictu . cænsum fere pœlatorum Sententias memoria retinebat : & extemplo adamusim coram magna corona mirabili eloquentia uniuscuiusq; uotum referebat . Quid dicturi sumus de uerborum facecia : & conuiuendi affabilitate ? profecto neq; aliorum mores ita fastidierat ; neq; tam grauis & difficilis erat , ut principes matuus statu similiimi ; aliquando facere solent . Sed tan ta uersatus est in Sacro Concilio equabilitate ; ut neq; familiaritas contemptum pareret ; neq; dignitas affabilitatem pœfundaret , & diuites & pauperes magna animi benignitate quotidie in immensa sua recipiebat . ut Sanctissimi Domini Nostri Legatum decebat . Longum esset & pene immensum per omnia discurrere : quoniam , Definet ante dies : & in alto phœbus anhelos .

Equore tinget equos : quam consequar omnia dictis .

Verum quoniam quidem hoc acerbum orandi genus ad saluberrimam uitæ nostræ institutionem à Solene primum , deinde à sanctis Patribus et alijs q; pluribus emanasse arbitror . Attendite quæſo , quid Amos propheta dixerit : Percute cardinem , & moueantur fus perluminaria , percusso in pœlio Rege , cæterisq; fortioribus , alij debiliores facile trrentur . Vnde audientes Philistei , quod mortuus esset fortissimus eorum , fügerunt .

Post Christi Vicarium , Cardinales sequuntur , eam obrem si quem eorum mortem opere contigerit , cæteri inferiores terrori commoueriq; debent , ad mundi contemptum , & perfectam sui pœparationem . Sed iam & nos ipsi extemplo consternati animo frigescimus , demiramus , compatimur , lugemus , cum hunc amplissimum Cardinalem corpore uegetem , mente integerrimum , suæ Patriæ ornamentum , propriæ familie razzissimum decus , exempli speculum , iubarq; præfulgidum è nostris manibus elapsum uidemus . Et quis quæſo , talem ac tantum uirum conspicatus non obstupescit ? dudum Sacri Concilij & Bononiae . S . D . N . I V L I I III . à latre Legatum . Heri in quam uiuum , hodie mortuum , heri diuitem , nunc inopem , iam dudum imperjè honoratum , modo uile cadauer . O fallacem fortunæ applausum O mirabundam rerum mutationem . O uanum rapidissimumq; mundi cursum . O superuacancasq; mortalium curas . Vbi sunt quæſo argentea ? u' i aurea uasa ? non amplius aulæ parietibus cernentur affixa , atritæ sunt cortinæ , desit seruorum corona , desuit equorum strepitus , corruit palatum , fügerunt amici , quò ingenium ? quò prudentia ? quò postremo tot honores isti us Illustrissimi Cardinalis abierunt . Profectò corpus abiit in terram suam , & quoniam quidem , ut ipse testis sum , dum uita manebat , omnia sacramenta Ecclesiæ deuotè suscepit ; & dolores & uarias sui corporis egritudines patienter sustinuit , animum , vt piè credimus , introduxit Deus in terram uiuentium , quam sancti possident patres , eminentissimi proculdubio Apostoli , fulgentissima totius mundi lumina , discurrens tia Christi fulgura , firmissimi cælorum Cardines ; terram inquam ubi nulla mortis formido inuenitur , nulla rerum penuria , nulla deniq; malorum genera .

O' amplissime Crescensij uerai tibi , quam maxime potui , dedit tibi amplius qui am  
mam i reduxit ad uitam , nunc omnem exulta laborem , angelicos nunc leta choros , a  
ciesq; beatas Sanctorum inspiciens æternæ pacis amæna perpetuo fœlix Dei regnabis  
in Aula .

F I N I S .